



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

191. An ejectis à Societate IESV, si sint constituti in sacris, debeatur
aliquid pro patrimonio? Ex p. 10. tr. 11. res. 68.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

dicto Conventu Sancti Adriani die 8. Augusti anni millesimo sexcentesimo quinquagesimo tertio. In testimonium loci et sigilli veritatis. De mandato R. A. P. N. Vicarii, & Procuratoris generalis Fratris Ferdinandi de Galarca P. & Secret. Not. publicus & Apollol.

19. Frater Michael de Alcantara Vicarius Generalis Italiae, & Procurator generalis totius Ordinis B. M. de Mercede Redemptionis captivorum, S. Inquisitionis Qualificator, & Sacrae Congregationis Indicis Consultor, tenore presentium fidem facimus, & attestamus, Eminentissimum, & Reverendissimum Cardinalem de Lugo nostri Sacri Ordinis Protectorem transumptum infra scripti decreti nobis propria manu dedisse, quod & ab Illustrissimo Domino Francisco Paulino Sacrae Congregationis Concilii Secretario sibi remissum, & eandem Sacrae Congregationis nobis tradidit praecipisse affirmavit pro pleniori videlicet intelligentia declarationis ad quartum dubium ab ipsa ad nostram instantiam nuper factae. Tenor autem Decreti talis est.

20. Dei 9. Augusti 1655. S. Congr. Concilii, S. D. N. approbante, declaravit sex Patres in singulis Capitulis, vel Congregationibus generalibus eligendos, de quorum consilio, & assensu Generalis potest Regularis incorrigibiles a Religione eicere, in vnaquaque provincia eligi posse, eosdemque sic electos, si Generalis tam longe abfuerit, ut vna convenire non possit, debere ad eundem transmittere summarium processus, vna cum eorum voto, & iuxta illud Generalis possit ad sententiam expulsionis procedere, interea tamen vsque ad primum generale Capitulum, vel congregationem proximè celebrandam, Sanctitas sua annuat, ut electio servata in reliquis forma decreti hac de re editi fieri possit à Generali itidem cum consilio, & assensu sex Patrum, quos idemmet Generalis in qualibet Provincia infra quatuor menses elegerit. Dat. Romae in hoc nostro Conventu Sancti Adriani die vigesima prima Augusti 1655. Frater Michael in Alcantara qui supra manu propria, &c.

21. Vidisti igitur, Amice Lector, ex supradicta declaratione Sacrae Congregationis Concilii, non esse admittendam opinionem Patris Bruni, sicut etiam stante dicto Decreto non admitto id quod ipse vbi supra asserit, vbi sic ait. Veruntamen si certo constaret de aliquo, sic perusesè disposito, ut quacumque poenitentia imposita, etiam executioni mandata, non propterea emendando: vel constaret de illius ineptitudine ad agendam poenitentiam, & ad carceris poenam sustinendam, & aliunde perseverantia ipsius in delictis Ordini in quo professionem emisit, non mediocriter noceret, posset Praelatus absque monitione praedicta illum eicere; ac propterea non observare ea, quae in duobus praedictis decretis ante eiectionem observanda mandantur, inter quae vnum est, quod incorrigibilis per annum in carcere in ieiunio, & poenitentia prius manserit. Ratio est, quia nec Ecclesia, nec Pontifex, illud, quod nihil prodest minime praecipit; illa autem incarcerationio, & alia poenitentia huiusmodi Regularis, de quo est sermo, in hoc casu nihil penitus prodesse dignoscitur: imò aliquando est illi inobediabilis, quam propterea Praelatus Regularibus, subdito ante eiectionem imponere, non praecipitur. Confirmatur à simili, nam sicut Prouincialis Minorum non tenetur examinare venientem ad illum Ordinem de Fide Catholica, &c. si sciat certo Catholicum, licet ex iure Canonico in secundo capite Regulae eorumdem, illi sub mortali huiusmodi examen praecipitur, quoniam in illo casu illud examen esset superfluum) sic etiam de ante-

Tom. VII.

dicta forma in hoc casu servanda iudicandum est, & a fortiori, cum de obligatione illam observandi sub mortali, vel sub poena nullitatis, minime constet. Ita Brunus, sed non ego, stante supradicto Decreto.

RESOL. CXCI.

An electus à Societate Iesu, si sint constituti in Sacris, debeatur aliquid pro patrimonio? Ex p. 10. tract. 11. & Misc. 1. Res. 68.

§. 1. **A**D hunc casum sic responderet Marchinus de Sacra, Ordinis. tr. 2. p. 4. c. 5. n. 5. si contingat, è Societate aliquos eici in Sacris iam constitutos, & carentes Beneficio, vel Patrimonio, tunc Praelati eiusdem Societatis de honesto victu illis providere debent donec sufficiens Beneficium fuerint consecuti. Sic declaravit Sacra Congregatio, sess. 21. c. 2. de Reformat. cuius haec sunt verba. Quoad Iesuitas, cum post Sacerdotium exire non possint, nisi à Superioribus deiciantur, provideatur illis de redditu quadraginta aureorum annuorum ex bonis Religionis. Quoad alios, qui arbitrio suo exire quando volunt, possunt, ne detur illis occasio exeundi, ut fruatur illo redditu, vocentur prius, & intelligant, qua alia via prospici possit: deinde mature deliberandum. Hanc etiam declarationem asserit, & sequitur Angelus Bofsius in Moralibus. tom. 2. tit. 3. §. 9. num. 24. Leandrus de Sacra. tom. 2. tract. 6. disp. 9. q. 2. & nouissime Martinus de San Ioseph in mon. Conf. lib. 1. tract. 8. de ordine, num. 3. vbi sic ait; [Los Religiosos de la Compania de Iesus despues que hazen los votos simples, quedens ser ordenados de Orden Sacro, antes de la Profesion solemne por concession de Gregorio XIII. pero si despues de ordenados de Orden Sacro los expelen su Religion, y no tienen Beneficio, ni Patrimonio, estan obligados los Prelados de la Compania à darles sustentento honesto, y de que lo declarò assi la Sacra Congregacion, y de la forma que ha de guardar en esto; da see Marchino, que pone las palabras de la Sacra Congregacion. Ita ille.

2. Sed ego interrogatus de hoc casu à quodam Episcopo; respondi, esse videndum an tenetur dicta Declaratio Congregationis sit authentica, & extera, & quid asserant Superiores dictae Societatis: nam in fauorem Societatis adsunt valida argumenta, quae asserit Stephanus Fagundes in Praecip. Decal. tom. 2. lib. 7. cap. 6. num. 5. omnino videndus: qui probat Religiones non teneri praestare alimenta dimissis, praesertim si sint Sacerdotes, & habeant Ordines. Primum, quia inveterata consuetudo est omnium Religionum huiusmodi expulsis nihil alimenti dare; nam alimenta haec viam munitent ad defectionem; inde enim multi ansam arripere ad Religionem deferendam, si eis huiusmodi alimenta suppeditanda forent; & sic omnes redditus Religionum cum huiusmodi dimissis infunderentur, contra expresam, vel tacitam voluntatem eorum, qui Religiones, ac Monasteria dotarunt. Secundò, quia ij in poenitentiam suorum defectuum dimituntur; Iudex autem non solet alere eos, quos punit. Tertio, quia ita fuit iudicatum in Parlamento Tolosano in causa, qua quidam Ioannes Gentilius è Societate fuit dimissus: is enim petens postea alimenta coram Iudice, exclusus fuit Iudicis sententia ab iniqua postulatione; vnde refertur in Decretis septima Congregationis Generalis, cap. 1. c. extat num. 7.

3. Quae omnia confirmantur exemplo Sancti Ignatii, Fundatoris dictae Religionis, ex his quae de ipso asserit eruditus Pater Daniel Bartolus, in vita S. Ignatii.

E

S. Ignatii

S. Ignatij, lib. 3. num. 20 vbi sic ait: [Quelle quali à poi di nobilita, e di sapere, che à meno Saggi fan contrapelo a' demeriti di chile hà, onde pare, che ad alcuni non sopporta il cuore di vederli tornarsene al secolo, à lui non erano di verun peso, per tirarlo ad affectionarsi loro, si che li ritenesse, oue non ne fossero digni, o punto si risentisse per doglia, quando riuiscita loro intolerabile la disciplina religiosa, partiuano. Così liberò se, e la Compagnia dalle inquietudini di D. Teotonio, figliuolo del Duca di Braganza, e nipote d'Emannello Rè di Portogallo: e licentio vn frater cugino del Duca di Bisogna, parente di Giouan di Vega, Vicerè di Sicilia, grande amico, e gran benefattore del Santo: nè per ritenerlo valsero le ragioni, e le suppliche di Pietro Ribadeneira; à cui il giouane, piangendo direttamente, e suggerendosi ad ogni piu seuerè castigo, si raccomandò perche gl'impetrasse dal Padre Ignatio, come egli diceua, misericordia. E oltre altri buonimi di gran sapere, de quali frà poco dirò, spedi ancora Christoforo Lainez, fratello di quel Diego Lainez, che pur gli era si caro. E perchè egli non hauea di presente, nè di che viuere in Roma, nè con che ritornarsene in Ispagna; e il medesimo Ribadeneira pregò il Santo, à dargli per ciò qualche sussidio di denari: negollo risolutamente; & aggiunse queste espresse parole: Pietro, se io hauesse tutto l'oro del Mondo non aiuterei d'un sol quattrino quelli, che per demerito si rendono indegni, che la loro Religione li tenga. Il che ragione è, che intendan bene coloro, che vogliono à Dio, & alla Religione le spalle, o rinuiscendo (ch'è il medesimo) indigni d'esservi ritenuti, pretendono, che in uscire si paghino loro le fatiche, che viuendo in essa durarono: come se non le hauessero donate à Dio, mà date à censo alla Religione: si che tiratone i frutti del mantenimento d'ogni di, poscia al partire, donasse loro, come à sconto di debito, rendere il capitale.] Ita ille: Quæ omnia adnotare volui in gratiam Societatis, cui quidem me addictissimum esse profiteor. Verum, his non obstantibus, remitto me Sacre Congregationi, si aliter determinauerit; Purgatorum enim Patrum Responfa venerator.

RESOL. CXCII.

An expulsus à Religione teneatur se corrigere, vt iterum in illam admittatur?

Et notatur, quod Religiosus expulsus teneatur ad votum castitatis.

Et an ratione voti teneatur ad obedientiam Episcopi?

Et difficultas est quoad votum paupertatis, an expulsus à Religione maneat liber ab hoc voto, & quidquid acquirat, an Monasterio acquirat?

Et quid de officio diuino, si non est in Sacris, de ieiunijs, & alijs annexis Religioni? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 60.

Sup. hoc infra §. 1. Affirmatiue respondet Conradus in respons. in Ref. 194. ad medium. a. tom. 1. q. 5. 2. art. 3. Aragon. in 2. 2. q. 88. art. 3. Graffius in decis. p. 1. lib. 3. cap. 5. n. 47. Philiarthus tom. 1. p. 2. lib. 2. cap. 21. Molina de inst. tom. 1. tract. 2. dis. 140. Federicus de Senis consil. 134. Additionator Nauarr. consil. 77. de Regular. lib. 3. & alij.

2. Mihi verò contraria sententia probabilis etiam videtur, quam docet Azorius tom. 2. lib. 12. c. 17. q. 1. & c. 16. q. 6. & Nauarr. consil. 78. & 80. de Regul. & ideo Villalob. in summ. tom. 2. tract. 35. diff. 39. n. 2. sic asserit. [Es probable que los que han sido escluydos legitimamente de la Religión, no tienen obligacion de boluerse à ella. La razon es, porque no ay derecho

sup. hoc in

que à esso les obligue, y assi pueden quedarse en el Religio de baxo de la obediencia del Obispo.] Ita ille, & ante illum Nauarr. comm. 2. de Regul. tom. 36. & Rodriq. tom. 1. q. 30. art. 2. 1.

3. Nota tamen quod Religiosus expulsus teneatur ad votum castitatis, de obedientia autem Nauarrus, & Rodriquez putant non solum teneatur ad obedientiam Episcopi, vt alij Clerici, sed etiam ratione voti. Vnde statim postquam expulsus est, debet Episcopum adire, & certiore illum facere de sua expulsiōe. Sed hæc sententia mihi non placet, sicut dicitur Societate 7. quest. 1. art. 1. Azorio p. 1. lib. 12. cap. 16. quest. 1. & alij. Dicendum est igitur, Religiosum expulsum manere liberum à voto obedientie, & teneatur tantum Episcopo obedire, vt alij Clerici.

4. Sed difficultas est quoad votum paupertatis. Sotus vbi supra docet manere liberum ab hoc voto, quia Monasterium ei alimenta non præbet. Sed contrarium communiter tenent, & ego puto quod quodquid acquirat, Monasterio acquirat, vt probat Molina dicta disp. 140. Verum aduenit Villalobos vbi supra num. 10. [Que podra dar limosna; y hazer donaciones mientras viue, como si no fuera Religioso, no obstante que no tiene dominio, porque toda la comodidad, y incomodidad de la hacienda, que tiene, corre por su cuenta, y por esto dize Molina, que si gasta algo con rameras, o en otro mal trato trasfere el dominio, no esta obligado el que lo recibe à restituirl, mas esto no me quadra. porque no es justo darle tanta libertad, pues no tiene dominio.] Sic Villalobos Ad opinio Molina, quam Villalobos impugnat, mihi probabilis videtur, & illam tenet etiam Ioannes Salas tract. de ludo, dub. 21. num. 5. Lessius lib. 2. cap. 4. 1. dub. 15. num. 113. & in terminis docet Sanctatellus tract. de Apostat. cap. 6. dub. 3. num. 11. adde quod post hæc scripta inueni Ioannem Franciscum Suarez in Enchiridio cas. consil. lib. 3. c. de voto Obedientie, absolute docere professum eiectionem non teneri ad vota paupertatis, & obedientie, nec ad officium diuinum, si non est in sacris, nec ad ieiunia, aliæ annexa Religioni. Ita ille.

RESOL. CXCIII.

An Religiosus eiectus ab ordine si emendatus petat ingredi, teneatur Superiore iterum in Religionem eam recipere, sicut in habet Religio renouandam eiectionem?

Et an Religiosus eiectus, quando admisso in suam priuatinam Religionem post debitam correctionem dissiuatur, non teneatur ad aliam Religionem transire?

Et an Religiosus eiectus non teneatur redire ad ipsammet Religionem, de qua eiectus est?

Et an eiecti à Religione non teneantur ad præcepta, & ieiunia in Regula Religionis contenta, de qua eiectione sunt?

Et an eiecti possint ad Ordines promoueri? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 116.

§. 1. Affirmatiue respondet Molina de inst. tom. 1. disp. 146. ver. quid ad votum. Cordo b. a. v. regula D. Francisci c. 2. q. 7. punct. 2. Lessius lib. 2. c. 41. dub. 15. n. 112. & alij.

2. Mihi verò magis placet sententia negativa, quam ex D. Bonauentura tuetur Antonius Sanctatellus tract. de Apostat. cap. 5. dub. 2. num. 15. cui ego addo Sanchez in summ. tom. 2. lib. 6. cap. 9. num. 32. qui citat Azorium, & Rodriquez. Ratio est, quia ex ista sententia Religiosus eiectus condemnatus est, vt extra Religionem viuat; ergo Religio non potest cogi ad eum recipiendum. Nec valet dicere cum Lessio vbi supra, quod si Religio habet ius renouandi Religio